Sapientissime et Praeclarissime Vir
Athanasi Kircher Domine
et Patrone Colendissime

178

Foris quantulus est lapis ille meus nimia spurcitate
fractus et madens quem poliendum explanandumque ad tam
beneficentissimae Doctrinae Vestrae sisti optavi vir hominum
humanissime Doctorum doctissime, ~~nostras~~ expolitiones
in laudes iam perpetuitatis et minime ingloria a vestra
manu eruditissima adeptus. Vana illi Gratiarum aliquid
esse proprium et Gratias licet minimas aliquas tanto
sed munificentissimo seu Numini reddidico, et piissimo
redderet; ipse informis et nimis caducam ad liberitatis
tis naturam a propria sensit imperfectione mobili-
educi formas pulcherrimas sapientissimae vestrae instru-
structionis et omne bonum sibi datum desuper fluxisse cognovit
quam declamaverat ad ille potuit recepti prius splendoris
memor, qua dudum reflexione circumquaque extenderet.
neque clarissimorum Virorum Mancipatum in aeternitate

detinebit

detinebit. e terrestri ethereus factus idem Solaris Silex vestras splendidius quas poterit merita, measque Solarium obligationes. Sed haec fama vestri nominis posteritatis utriusque orbis ludibria eludet et ultra sortis adversae aleam ridiculas Charitibus multos aeternum resonabit. Valeat aeternumque valeat Posteritati vestrae, sicuti diu valetudine et incolumitate ad aeternam literarum felicitatem. Datae Bononiae V. Kal. VIIbris MDCLXIV.

Paternitatis Celeberrimae Vestrae Dominationis

Servus addictissimus et devinctissimus
Ovidius Montalbanus